



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Jus Canonicum Ad Libros V. Decretalium Gregorii IX.**

**Huth, Adam**

**Augustæ Vindelicorum, 1732**

42. De baptismo & ejus effectu

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63433)

tamen non potest totum officium legere, tunc  
ad partem. Innoc. XI. in damn. propos. 54.

## TITULUS XLII.

### De Baptismo & ejus effectu.

**Q.** 1. Quid sit Baptismus, quæ ejus necessitas  
materia & forma? *Resp.* 1. Baptismus vere  
scilicet, & proprius fluminis ( de Baptismo enim lo-  
guinis, quod est Martyrium, & fluminis, sive  
voto, quæ est contritio perfecta, nihil hic  
net dicere ) est *Sacramentum regenerationis per la-  
vacrum aquæ in verbo vitæ.* Ita Comm. ex Catech.  
Rom. Pii V. Joan. 3. v. 2. Ephes. 3. v. 26. *Et*  
institutus ante Christi mortem, ut indicatur  
*de consecr. dist. 4. & coll. Joan. 4. Act. 19.*  
*Defacto* necessarius est vel in re vel voto susceptus  
non tantum necessitate præcepti, sed etiam merito.  
Ita cum Ecclesia Trid. *Sess. 7. can. 6.* ex ver-  
bo Christi Joan. 3. v. 4. 3. *Materia* Baptismi  
mota est omnis & sola aquæ naturalis, ut patet  
ex perpetua traditione & præxi Ecclesiæ, defini-  
tione Conc. Lateran. Flor. Trid. *Sess. 7. can. 2. de*  
*Bapt.* ipsisque Christi verbis Joan. 3. *Materia* præ-  
xima est ablutio per aquam, juxta illud Eph. 4. v. 26. *mundans lavacro aquæ.* 4. *Forma* Baptismi  
in Ecclesia latina est: *Ego te Baptizo in nomine*  
*Parris & Filii & Spiritûs sancti.* desumitur ex  
Matth. 28. v. 19. quæ quidem explicita trium  
Personarum invocatio ad valorem est necessaria,  
coll. ex Act. 19. v. 2. Tradit. PP. ex quibus An-  
brof.



brof. *L. variar.* *QQ. q. 2.* ait: *Si quis dicat, ego te baptizo in Christo JESU, & non dicat in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, sicut dominus instituit, non est verus Baptismus.* *Canon* à quodam *Judæo. 24. dist. 4. de consecr.* opponuntur *can. 28. & 81. ead. dist. 5.* Valide confertur Baptismus à quovis homine, etiam non baptizato. *can. à quodam Judæo cit. licite, extra casum necessitatis, à Parocho proprio, Commun. 5.* Subjectum baptismi capax est omnis & solus homo viator, sive contraxerit originale, sive non. *Matth. 28. v. 19. &c.* In specie, quinam possint aut debeant baptizari, vid. *Leur. h. t. Q. 180.*

*Q. 2. Quinam sint effectus Baptismi? Resp. Seqq.*  
*primus, gratia sanctificans cum habitibus fidei, spei & charitatis, & deletio omnimoda peccati originalis in parvulis & perpetuò amentibus, in adultis etiam peccatorum actualium omnium, modo hi de actualibus habeant saltem attritionem. c. 3. h. t. c. 1. & Clem. un. de summ. Trin. Trid. Sess. 5. in Decret. de pecc. orig. secundus, remissio totius poenæ temporalis & æternæ. Trid. Sess. 6. c. 14. tertius, character indelebilis, ob quem Baptismus sine lecrilegio nequit reiterari. Trid. Sess. 9. de Bapt. can. 12.*